

IMPRIMERIE DE L'UNIVERSITÉ

CORRESPONDANTS
DE
J.F. BOISSONADE

III
—
N-Z

BIBL.
UNIVERSITÉ
MS.
1553

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1553





MS
Fiches faltos

Rec. 14
Correspondance
de
J. F. Boissier
Ms 1553

III
N. 2

240
Lect. 1. In unguis, nobiles, fo
mte uelut, in principio Clari
est, in fine datus, amplior
et ad hunc, si pariter
est, tunc a Claritate hunc
modum videtur. Et, si mentionem
in fine, quoniam Claritate
est, uelut ad epistolam
Claritatem

1536





Rec. 9 Nov. 20

1265



Viro Illustrissimo
Boissonade
Professori Literarum Graecarum Parisiensi
S. P. D.

Girgerus Thorlacius,
Professor Philologiae Havniensis.

Satere, Vir celeberrime, ut homo Danus Tibi ignotus literis Te adeam,
rogans, ut Tuo favori ipse sem commendatus, utque mihi li-
ceat juveni Sueco, Parisios studiorum causa visenti, aditum
ad Tua colloquia, et in rebus literariis consilia, aperire.

Cum XXI abhinc annis Lutetia degens, egregia hujus urbis
instituta, virosque quibus abundat eruditos, magni aestimare
didicerim, ne indigneris, quod, quos ibi large percepi, lite-
rarum fructus amico expetam.

Ne immunes mea litera ad Te veniant, nisi litera-
rum comites hos libellos.

Opusculorum Academicorum volumen, paucis retro
annis editum.

Tractatus:

De lege Rulli agraria.

— Aristogitonem Oratore Attico.

— tribus codicibus Pergamenis scriptorum Latinorum.

— Marcello Sideta, poeta eodemque medico.

— Johanne Saresberienfi Part. 1 & 2.

— inscriptione latina Roma nuper detecta.

Juvenis, cujus causa haec scripsi, est Ajlander Doctor
Philosophiae in Universitate Eundensi, cuius Pater Theologiae
in ista Academia Professor est, idemque literarum Orien-
talium peritissimus. Nilis cultor est Historiae feli-
cissimus, atque ut solidis cognitionibus praestans, ita ami-
ni honestate excellens. Quibus virtutibus uti bonis omnibus

hic placuit, ita Tibi quoque Tusq̄ue popularibus placiturum
ipsum confido.

Vale, Vir præstantissime, et mihi tantisper fave
Donec ipse præfens (quod intra quadriennium even-
turum spero) gratum animur Tibi testari poterò.

Havnia Danorum d. XVIII. Septembr. a. 1820,